



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 14. Conditiones pro restauranda Synodo a Mauritio S. R. I. Electore
propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI.
A.C. 1550.
Porro hisce comitiis duntaxat intererant Moguntinus, & Trevirensis Electores; Coloniensis enim rebus domi componendis distinebatur: ex ceteris vero Principibus Bavarus jamjam ad comitiorum initia, Brunvicensis autem Dux nonnisi ad illorum finem accesserat. Aderant præterea supremus Borussiae Magister, necnon Herbipolensis, Augustanus, Tridentinus, Constantiensis, Euchstadiensis, Cameracensis, & Merseburgensis Episcopi: reliqui autem omnes Principes nonnisi suos quisque Oratores ablegabant.

§. XIV.

*Conditiones pro restauranda Synodo
a Mauritio S. R. I. Electore
propositæ.*

Burnet. l. c. Postquam res in deliberationem venerat, majori Congregatorum parti placuit, Synodum omnino esse proseguendam. Verum Elector Mauritius assentiri noluit, nisi saltem cuncta hucusque in Concilio decreta rursus examini subjicerentur, unde per suos Legatos declarabat, se nunquam hanc Synodum admitturum, nisi sequentes adjicerentur conditiones. I. Omnia decreta Tridenti facta novam subeant discussio-

cussionem. II. Augustanæ Confessionis Sæcul. XVI.
 Theologi non modo audiantur, sed etiam A.C. 1550.
 tanquam Judices Sessionibus interfint,
 ac decidendi potestatem habeant. III.
 Pontifex Concilii decisionibus sese sub-
 mittat, nec Præsidis locum obtineat, si-
 mulque Episcopis jusjurandum remit-
 tat, ut hi eo liberius suam sententiam
 promerent. Hanc declarationem pu-
 blice recitatam Legatus pro more ad a-
 cta referri petiit: verum Moguntiaë E-
 lector, penes quem utpote S. R. I. Can-
 cellarium hujus rei facultas est, id Le-
 gato concedere renuit. Accepta hac
 repulsa plures putabant, quod Mauri-
 tius, qui admodum vafer per astutam
 hucusque simulationem perversa sua
 consilia tegebat, nunc tandem hac oc-
 casione usus, quid animo volutasset, pa-
 lam proderet, & simul, postquam favores
 expectatione majores a Cæsare impetra-
 set, simul etiam a se amoliri vellet in-
 dignationem, quam Protestantes in eum
 conceperant, eo quod illum Catholicorum
 studiis nimis addictum suspicarentur.

§. XV.

*Mors Granvellani, Cæsarei ad Au-
gustana comitia Legati.*

Exeunte Mense Augusto cum Cæsar *Sleid. l. 22.*
adhuc dum Augustæ hæreret, Gran- *p. 786.*

K 5

vella-